

- §. XXII. *Verae Christi Ecclesiae proprium est ut sit una, et quidem unitate triplici, nempe unitate communionis, sive sociali, propter quam unica quoque sit Ecclesia: unitate symbolica h. e. professionis fidei tum materiali tum formali: atque unitate rituali, eademque pariter tum materiali tum formali.* . pag. 180
- §. XXIII. *Ex demonstratis colligitur haereticos, schismaticos, atque etiam catechumenos non esse actu membra Ecclesiae.* » 190
- §. XXIV. *Altera proprietas Ecclesiae est Sanctitas; eaque tum ipsi Ecclesiae essentialis, tum quae ex divina promissione semper erit in Ecclesia, quae quidem sanctitas cum potestate a Christo instituta veluti obnoxio principio sui est necessario connexa.* » 203
- §. XXV. *Ecclesiae Christi proprium rursus est ut non iure tantum, sed et facto sit catholica, h. e. ea communionem contineatur, quae absolute ampla sit, relative vero amplior sit quovis coetu qui Christiani nomen sibi immerito usurpat. Cum autem in catholicitate elementum materiale et formale distinguatur, principium formalis catholicitatis esse debet Ecclesiastica potestas a Christo instituta.* » 209
- §. XXVI. *Proprietatibus Ecclesiae ea connumeranda est ut sit Apostolica, h. e. ab Apostolis instituta, ab Apostolorum successoribus, qui nedum materialiter sed formaliter tales sint, ita regatur ut ad Apostolos rursus, interrupta nunquam Pastorum successione, eius auctoritas revocetur.* » 215

DE ECCLESIAE CAPITE
SEU
DE ROMANO PONTIFICE

PARS I.
DE PRIMATU B. PETRI

CAPUT I.

DE INSTITUTIONE PRIMATUS B. PETRI

- THESIS I. *Tenendum est « iuxta Evangelii (Matth. XIV, 16-19) testimonium Primatum iurisdictionis in universam Dei Ecclesiam immediate et directe beato Petro Apostolo promissum a Christo Domino fuisse. »* (Conc. Vatic. Sess. IV, c. 1) pag. 225
- THESIS II. *Verbis Christi Luc. XXII, 31. 32. divina promissio continetur infallibilis magisterii Petri eidemque divinitus commissi muneris confirmandi fratres. »* 279
- THESIS III. *Fidem datam Matthaei XVI et Luc. XXII Christus post resurrectionem suam liberavit Ioannis XXI, 15. seqq., unigue Petro primatum iurisdictionis contulit in universam Ecclesiam. »* 291
- THESIS IV. *Cum testimoniis allatis cohaerent tum speciales formulae ab Evangelistis adhibitae quum loquuntur de Petro, ex quibus patet illum Apostolis ceteris nobiliorem ac potiore ipsos credidisse; tum quae in primis Actuum capitibus narrantur, quibus exercitium Primatus non obscure significatur. . . . »* 298
- THESIS V. *Petri Primatum non excludit vel enumeratio instituta a Paulo 1. Cor. XII, 28. Ephes. IV, 11. charismatum munerumque quae in Ecclesia obtinent; vel reprehensio ea qua Paulus restitit in faciem Petro Gal. II, 11. seq.: imo huius reprehensionis historia accurate perpensa Petri Primatum manifestissime probat. »* 302
- THESIS VI. *Dignitate Apostolatus breviter adumbrata docemus extraordinariam potestatem singulis Apostolis communem non prohibuisse quominus Petrus inter Apostolos excelleret, primatuque iurisdictionis in ipsos quoque gauderet. »* 307

CAPUT II.

DE SUCCESSIONE IN PRIMATU B. PETRI

- THESIS VII. « Quod autem in b. Apostolo Petro princeps pastorum et pastor magnus ovium Dominus Christus Iesus in perpetuam salutem ac perenne bonum Ecclesiae instituit, id eodem auctore in Ecclesia, quae fundata super petram ad finem seculorum usque firma stabit, iugiter durare necesse est. » (Conc. Vatic. Sess. IV, c. 2) pag. 319
- NOTA IN SEQUENTES THESES. » 323
- THESIS VIII. Distinguenda est lex successionis a conditione successionis in Primatu. Lex successionis est ipsa divina institutio Primatus eiusque perennitatis; conditio est titulus quo efficitur ut hic potius quam alius succedat. Huiusmodi porro conditio determinata est a facto originali Petri quo Romanam Sedem eiecit ad dignitatem Primatus. Romanus ergo Episcopus, qui solus debitae conditioni facit satis, obtinet iure divino vi legis successionis Primatum in universam Ecclesiam. Quocirca cum quaeritur quo iure Romanus Episcopus succedat Petro, si intelligatur non comparative sed absolute quo iure potius eadem auctoritate ac Petrus; respondendum prorsus est ipsum iure divino succedere Petro. » 326
- THESIS IX. Quod prae ceteris Romanus Pontifex is sit qui Petro in Primatu succedit, veritas est immutabilis in Ecclesia; nihilque obstat quominus haec veritas revelata censeatur » 336
- THESIS X. Quocirca cum Petrus Romanum Episcopatum suscepit ut in eo perpetuos successores in Primatu haberet, Deus ratam specialiter habuit hanc Petri electionem: ideoque de iure divino saltem consequente, nempe consequente factum Petri, praeventente autem factum successionis est quod Romanus Episcopus succedat Petro in Primatu. Imo probabilem satis censemus sententiam: voluntate scilicet antecedente Dei iussum esse Petrum hanc formam perpetuam successionis statuere nimirum per episcopalem Sedem, et inter Sedes eligere Romanam. » 343
- SCHOLION » 346

THESIS XI. Verba ergo Christi ad Petrum (Matth. XVI; Luc. XXII; Ioan. XXI) spectant aequo iure ad singulos Romanos Episcopos, qui universi Primatus iurisdictionem ab ipso Deo immediate consequuntur pag. 351

PARS II.

DE VI AC RATIONE PRIMATUS ROMANI

CAPUT I.

DE POTESTATE ROMANI PONTIFICIS UNIVERSIM SUMPTA

ARTICULUS I.

De hac Potestate Romani Pontificis erga Ecclesiam.

- THESIS XII. Ex ipsa natura Primatus a Christo instituti manifestum est ipsum ideo institutum esse ut unitas universae Christi Ecclesiae, ac singularum etiam quoad se ipsas Ecclesiarum per unius capitis iurisdictionem efficienter obtineatur. » 354
- THESIS XIII. Cum hac Primatus dignitate consortum est ut iurdictio Romani Pontificis in omnes Christi fideles tam seorsim singulos quam simul omnes sit ordinaria et immediata. » 364
- THESIS XIV. Quocirca habet Romanus Pontifex in universam Ecclesiam plenitudinem potestatis, non solum quatenus omnia potest, sed quatenus omnis iurisdictionis potestas, qua fideles reguntur, ab ipso est; ideoque Episcopi iurisdictionem ordinariam in suis Ecclesiis non a Christo immediate habent sed immediate a Vicario Christi, cui praeterea iure divino potestas competit eligendi Episcopos, modumque electionis eorum determinandi. » 373
- SCHOLION. » 384
- THESIS XV. Proprium est proinde Potestatis Primatus ut nullis ecclesiasticis canonibus sit coactive circumscripta aut limitata. » 387
- THESIS XVI. Perperam Gallicani ad suam tuendam doctrinam circa potestatem Romani Pontificis ad decreta Concilii Constantiensis aliorumque conciliorum sententias provocabant. » 396

- THESIS XVII. *Propria est quoque Primatus Romani Pontificis potestas recipiendi ex toto orbe appellationes a quocumque iudicio Episcoporum sententiamque ultimam ferendi super causis ab Episcopis iudicatis, non solum per iudices delegatos eo ubi causa exorta est, sed per se ipsum Romae. Proprium quoque ipsius ius est legatos suos mittendi in omnes orbis christiani partes* pag. 414
- THESIS XVIII. *Forma proinde regiminis Ecclesiae iure divino est monarchica.* » 437
- THESIS XIX. *Perperam contra hactenus statuta de iurisdictione Romani Pontificis argumenta petuntur vel ex dignitate Christi, vel ex defectu continuitatis Romanorum Episcoporum, vel ex reiecto a S. Gregorio M. titulo Episcopi oecumenici, vel ex hierarchica subordinatione, vel ex aliquorum Patrum quibusdam sententiis.* » 443
- THESIS XX. *In Primatum Romani Pontificis insane furentes aut in ecclesiastica antiquitate prorsus hospites se produnt, qui contendunt plurima iura, quibus nunc fruitur Romana Sedes, ab Isidoriana Decretalium collectione ortum habuisse, aut antiquitus Romani Pontificis curam ad solum Occidentem iure patriarchico spectasse.* » 453

ARTICULUS II.

De Potestate Rom. Pontificis erga societates ab Ecclesia distinctas.

- THESIS XXI. *Inter auctoritatem religiosam, quae propria est Romani Pontificis, et potestatem politicam christiani Principis ea existit ex ipsis rerum naturis habitudo, ut haec sit illi nedum negative sed et positive subordinata, licet indirecte.* » 471
- THESIS XXII. *Falsum est concordata a Romano Pontifice inita cum Principibus contractus bilateralis rationem proprie habere.* » 480
- THESIS XXIII. *Exigit quoque ius Primatus ut nulla auctoritas humana impedire licite possit communicationem Romani Pontificis cum quovis fidei; ut nullum sit ius illud quod Principes sibi arrogarunt atque exercere se dicunt per Regium placet seu exse-*

- quatur: atque absurda sit appellatio quae dicitur ab abusu* pag. 484
- THESIS XXIV. *Iure divino Romanus Pontifex plena gaudet immunitate personali a laica iurisdictione. Cuius immunitatis ius quidem est essenziale Primatui a Christo instituto, exercitium vero non absolute necessarium est ut Ecclesia sit, sed ut ea bene sit, vitamque eam sociale perfecte vivat ad quam ius habet. Perfecta porro actuatio huius immunitatis est Principatus civilis, qui providente Deo institutus est ut Romanus Pontifex ad Ecclesiam regendam eiusque unitatem tuendam plena illa potiretur libertate, quae ad supremi Apostolici ministerii munus obeundum requiritur.* » 493
- COROLLARIA. » 507

CAPUT II.

DE INFALLIBILI MAGISTERIO ROM. PONTIFICIS

- PRAENOTIONES. » 509
- THESIS XXV. *Romanus Pontifex ex cathedra loquens, id est cum omnium Christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua Apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, est ex sese infallibilis, ideoque eius definitiones ex sese non autem ex consensu Ecclesiae irreformabiles sunt. (Ex Conc. Vat. Sess. IV, c. 4).* » 515
- THESIS XXVI. *Ut conclusionem saltem theologiam defendimus, quod, seposito magisterio Romani Pontificis, magisterium reliqui coetus etiam universi Pastorum nequit sibi vindicare praerogativam divinitus promissae infallibilitatis in docendo: unum proinde est in Ecclesia subiectum immediatum auctoritatis infallibilis.* » 552
- THESIS XXVII. *Distinguere oportet inter supremum doctorem vel iudicem controversiarum fidei, et normam quam sequi debet ipse iudex in iudicando, quam quidem in sequendo ne erret, assistit Spiritus S. Haec duo vero confundunt qui ut probent auctoritatem supremam in rebus fidei definiendis esse penes universitatem, provocant ad canonem Lirinensis, ipso-*

rumque Pontificum testificationem, qui in suis decretis fidei docent sequendam esse universitatem et consensionem in antiquitate. Porro ipsa universitas Patrum et Doctorum praecedentium verae fidei nobis certum testimonium reddit, quatenus Patres omnes et Doctores cum magisterio Cathedrae Apostolicae consentiebant et ab ipsa probati sunt . . . pag. 574

(De Conciliis 1°)

THESIS XXVIII. Singuli Episcopi catholici, h. e. communionem fruente Romanæ Sedis, id habent proprium prae ceteris fidelibus, ut sint magistri authentici verique iudices etsi non supremi in causis fidei, et cum singuli in sui sedibus docent, praesumendum est iuridice doctrinam eorum esse catholicam, h. e. doctrinam cathedrae Petri. Eos vero in Synodum oecumenicam convocandi potestas coactiva est solum penes Rom. Pontificem, isque solus ius habet iisdem praesidendi auctoritate iurisdictionis. Coacti proinde in Synodum oecumenicam Episcopi obtinent a Romano Pontifice auctoritatem docendi cum ipso universam Ecclesiam ibique sunt ex sese veri iudices fidei, quorum tamen iudicialis auctoritas vim suam erga fideles exerit. Et cum definitio ex cathedra praevertit, habent ipsi convocati in Synodum ius et officium instituendi de ea examen non quidem dubitativum sed comprobativum. Comprobantes autem suo suffragio debito doctrinam a Pontifice propositam, eam sua quoque auctoritate iudicant, simulque cum ipso Rom. Pontifice definiunt et confirmant. Sententia tamen Episcoporum ideo peremptoria est et infallibilis quia Romanus Pontifex simul cum ipsis rem definit. . . » 581

(De Conc. 2°)

THESIS XXIX. Nullum est proinde essenziale discrimen inter definitionem editam a solo Romano Pontifice et definitionem conciliarem, sed tantum accidentale. Quare Concilium oecumenicum nunquam est simpliciter necessarium; utile tamen et secundum quid necessarium non raro esse potest. . . . » 605
SCHOLION I. » 616
SCHOLION II. » 617

THESIS XXX. Praerogativa omnis Romanae Sedis est in ipsa persona Romani Pontificis tanquam in subiecto: ideoque eae verissime dicuntur personales, eadem singulis ex aequo successoribus Petri competunt. Quare licet non uno ex capite fas sit distinguere inter sedem et sedentem, attamen reiicienda est prorsus ut falsa et absurda distinctio huiusmodi eo spectans ut praerogativae et iura sedis alia sint a praerogativis et iuribus sedentium, atque gaudeat quidem Sedes Romana sive tota series successionis privilegio indefectibilitatis, vel infallibilitatis in fide, non autem singillatim quilibet successor Petri pag. 618
THESIS XXXI. Inepti sunt qui post vaticanam definitionem infallibilitatis Romani Pontificis postulant aliam conciliarem definitionem qua doceamur modum quo decreta fidei a Romano Pontifice edi debent ut habeantur ab omnibus tanquam ex sese irrefragabilia. Falsumque est prorsus quod quidam supponunt, certitudinem fidelium de infallibili definitione Romani Pontificis pendere, veluti ex conditione, a notitia, quam iidem antecederet habeant mediolorum, quibus Romanus Pontifex usus ad actum definitionis se praeparavit. . . . » 623
THESIS XXXII. Ut sententia Romani Pontificis habeatur tanquam definitio ex cathedra, ideoque infallibilis, censemus non opus esse ut verba Pontificis ad universam Ecclesiam immediate dirigantur. . . . » 629
SCHOLION I. » 630
SCHOLION II. » 632
THESIS XXXIII. Frustra sunt qui ut impugnent dogma de infallibilitate Romani Pontificis, demonstrare contendunt aliquem ex Romani Pontificibus loquentem ex cathedra errasse. Speciatim vero falluntur qui in medium producunt oppositas doctrinas tum Hormisdæ et Ioannis II, tum Nicolai III et Ioannis XXII; atque eiusdem Ioannis sententiam de visione beatifica, ac subscriptionem Liberii, et decretum Nicolai I de forma baptismi; et Stephani VI sententiam quoad ordinatos a Formoso; atque Honorii I epistolas in causa monotheletica; sententiamque Zachariae quoad antipodas, ac Sixti V Bullam in editione Vulgatae, sententiamque cuiusdam decessoris Innocentii III

- in causa matrimoniali, iudiciumque Romanae Inquisitionis in causa Galilaei.* pag. 635
- THESIS XXXIV. *Frustra quoque sunt, qui ex historia controversiae Trium Capitulorum, et damnationis Honorii in Synodo oecumenica VI, atque ex dissensu Episcoporum francorum in quaestione de cultu imaginum, colligere se posse putant fidem Ecclesiae esse quod Romanus Pontifex fallibilis ex se sit, et Conciliorum oecumenicorum auctoritati obnoxius. . . . »* 650
- THESIS XXXV. *Historia quoque controversiae Cypriani cum S. Stephano abutuntur qui ex ea probare contendunt creditum fuisse ea aetate Romanum Pontificem ex cathedra docentem esse fallibilem. Abutuntur quoque Augustini auctoritate qui ex epist. eius XLIII evidenter inferri contendunt licere a iudicio Romanae Sedis ad iudicium plenarii universae Ecclesiae Concilii provocare illiusque sententiam per huius iudicium solvi posse. »* 664
- THESIS XXXVI. *Neque ex eo, quod Romanus Pontifex ipse credere teneatur quod definit, consequitur ipsum unum definire non posse. »* 675

APPENDIX DE ECCLESIAE NOTIS

- §. I. *Necesse est Ecclesiam veram Christi aliquas habere notas, propter quas cognoscatur et discernatur a falsis sectis. Inepte vero Protestantes notas Ecclesiae esse constituunt veritatem doctrinae, et legitimam Sacramentorum administrationem. Sed unitas, sanctitas, catholicitas, et apostolicitas, quae sunt ontologice proprietates Ecclesiae, sunt logice eiusdem quoque notae; eaeque necessariae omnes sunt, ut aliquis coetus vera Christi Ecclesia existimetur; atque sufficientes tum simul omnes, tum quaedam quoque ex illis seorsim, ad demonstrandam veram Christi Ecclesiam.* pag. 677
- §. II. *Praeter coetum illum qui romana communione continetur, nullus est Christianus coetus, cui omnes notae necessariae et sufficientes competant. Imo quamvis quaedam ex quatuor proprietatibus memoratis possint alicui coetui, qui non sit vera Ecclesia, apparenter competere; facile tamen demonstrari potest nullam sectam orientalem vel occidentalem a romana communione distinctam merito sibi vindicare vel unam ex his proprietatibus. Unus autem coetus romana communione contentus is est cui omnes notae competant: ideoque appellatio Romana facta Ecclesiae nota est, qua vera Ecclesia a falsis sectis secernitur. . . »* 685

